

Præbendæ, ex ead. Congregat.

1596. 31. Maji. — Præbendæ officio Pœnitentiarii unienda (ut statuit Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 8. de reform.) debet esse integra, atque Canonialis. *Congregat. Concil. apud Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 26. num. 2. nec not. de potest. Episc. par. 3. alleg. 55. num. 3. ubi nu. 11. ait, quod collatio tamen Præbendæ unitæ ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat, et DD. ibid. citat. & ex Sac. Congreg. ¶ Notandum, quod Pœnitentiarius, cui certa Præbendæ est deputata, & unita, non potest optare, *Congregat. Concil. apud Corrad. in Prax. benef. lib. 2. cap. 5. nu. 24. ex Garz. de benef. par. 5. cap. 4. n. 132.**

1596. 22. Jun. — Non est imponenda poena Excommunicationis, vel aliarum Censurarum ipso facto Clericis venatoribus cum Canibus, Accipitribus, & similibus. *Congregat. Episcoporum in Pœnitentiaria, apud Nicol. in Lucubratis. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 24. pag. mihi 151.*

1596. 26. Jul. — Cùm Itali ex Italia recedunt ad morandum, seu inhabitandum in locis Hæreticorum, ubi tamen aliqua Ecclesia cum Parocho, seu Sacerdote Catholico existat, saltem singulis annis de eorum Sacramentali peccatorum Confessione, & Sanctissimæ Eucharistiæ perceptione per eos factâ fidem, seu testimonium suis Ordinariis, vel Inquisitoribus in Italiam transmittant. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. tom. 3. Constit. 42. qua incipit Cùm sicut, §. 3. & 4. & refert etiam Aican. Tamburin. de Jur. Abbas. tom. 1. disp. 15. §. 5. q. 7. n. 53.*

1596. 12. Oct. — Fratres Reformati Minores S. Francisci de Observantia servent Decretum supra positum, & editum 1593. 26. Maji circa reservationem Casuum. *Clemens VIII. apud d. Cherubin. in Bullar. tom. 3. Constit. 45. qua incipit Pro inuncti, §. 5. ¶ Quoad prædicta, hæc Bulla extenditur ad Fratres itidem Reformatos Minores S. Francisci de Obser-*

Observantia Provinciarum Belgarum, Flandriæ videlicet, Sancti Andree, & Brabantie, ut habetur ibid. in alia ejusd. Pontificis Constitutione, §. 5.

1596. 24. Oct. — In Cathedrali nemo debet prædicare, qui non sit Magister in Theologia. *Congregat. Episcoporum in Panormitana, apud Nicol. in Flescul. verb. Prædicator, nu. 18. ¶ Notandum, quod non frangit Sigillum, sed peccat mortaliter, qui in aliquo loco amplo concionatur contra peccata, quæ se dicit in eo loco in Confessione audivisse, licet cum cathela, quia dat scandalum, & Confessionem reddit odiosam, prout Diana apud d. Nicol. in Lucubratis. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. n. 70. pag. mihi 168.*

1597. 18. Jan. — Confessarii tam Sæculares, quam Regulares possunt ab Episcopo denuo examinari. *Congregat. Episcoporum in Callien. & antea in Toletana 1596. 22. Apr. apud d. Nicol. in dd. Lucubratis. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de Pœnit. & Remiss. numer. 9. vers. Quod tamen, pag. mihi 162. prout de Parochis dixi in mea Collectione sub anno 1594. 3. Jan. n. 243.*

1597. 3. Febr. — Vicarius non potest esse Confessarius Monialium, quia Moniales de ipso non considerent. *Congregat. Episcoporum in Mutin. & antea in Surana 1587. 23. Jul. apud Palsucc. in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Eignat. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mihi 96.*

1597. 28. Apr. — An quis teneatur confiteri peccata in ebrietate commissa, videatur Vincentius Candidus Ordinis Prædicatorum *disquisit. moral. disquisit. 22. artic. 27. dubit. 5. Sed ad nos, remissive citatus à Rota in Hispanen. Voti coram Gyptio, decisi. recent. par. 3. in annot. ad Decis. 28. n. 137.*

1597. 15. Maji. — Ordinarius non potest prohibere Confessariis, ne audiant Confessiones eorum, qui per viam Justitiæ prosequuntur vindictam injuriæ sibi illatæ. *Congregat. Episcoporum apud Nicol. in Flescul. verb. Confessarius, numer. 10.*

1598. 3. Mar. — Congregationes, quae iussu Episcopi ad Calus Conscientiae differendos habentur, obedienda sunt ab exercentibus curam Animarum, etiam in Parochialibus Hierosolymitanae Religionis. *Congregat. Concil. apud Barbol. in Concil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 11. nu. 12. ex Sel. in selecti. Canon. cap. 71. n. 17. & cap. 112. n. 20. & refert etiam Gavant. in Manuali: Episcoporum. verb. Parochorum munera, n. 32.*
1598. 19. Aug. — Inter duos Canonicos, qui sunt in servitio Episcopi (de quibus in mea Collectione de Canonicis sub anno 1628. 9. Sept. num. 455.) non potest esse Canonicus Penitentiarius. *Congregat. Episcoporum in Guardian. & antea in Eugubina 1577. 8 Jul. apud Nicol. in Lucubrati. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 4. n. 37. pag. mibi 87.*
1599. 9. Febr. — Omnes, & singuli Superiores, & Fratres quorumcunque Ordinum Mendicantium, qui Congregationem B. MARIÆ Fulgentis, Cisterciensis Ordinis, ejuisque Monachos molestare, inquietare, aut quoquo modo impedire audebunt, aut praesument circa Praecedentiam in Processionibus, & aliis Actibus publicis, Excommunicationis latae sententiae poenam, à qua non nisi per Romanum Pontificem tantum pro tempore existentem, praeterquam in mortis articulo constituti absolvi possint, eo ipso absque alia declaratione incurrunt. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 56. qua incipit Regis, §. 5.*
1599. 25. Jun. — Lectio Sacrae Scripturae, vel Casuum Conscientiae bis in Hebdomada praescriptis diebus in singulis Monasteriis & Conventibus quorumcunque Ordinum habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exercent. *Clemens VIII. apud d. Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. qua incipit Nullus, post Constit. 28. Urbanus VIII. & refert etiam Peyrin. de Privileg. Regular.*

- Regular. pag. mibi 292. §. 19.*
1599. 6. Aug. — Facultas concedendi licentias ingressus in Claustrum reservatur Episcopo, & per eum non potest delegari, nisi Vicario Generali dumtaxat, & per scripturam. *Congregat. Concil. in Senen. apud Monacel. in Formular. leg. practi. par. 1. tit. 1. form. 3. num. 10. ubi quod cum hoc Decretum forte non viderit Aicanus Tamburinus de Jur. Abbatissar. disput. 25. questio 3. num. 4. erit excusandus, sed non sequendus, quia putat, posse Episcopum, aliumve Superiorem, hanc eandem facultatem Abbatissae, vel Confessariis delegare.*
1600. 21. Febr. — Abbatissae, seu Priorissae, & Monialibus de Domo Puellarum Disperlarum nuncupatorum in Urbe conceditur facultas providendi de Confessoribus idoneis, etiam Saecularibus, ab Urbis Vicario approbandis, & ad nutum Fundatorum, Gubernatorum, & administratorum dicti Monasterii ponendis, & amovendis, qui ipsas Abbatissam, seu Priorissam, & Moniales, ac earum singulas in suis Confessionibus audire, & à peccatis, toties quoties opus fuerit, injuncta inde eis pro modo culpa arbitrio suo poenitentia salutaris, absolvere valeant. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 66. qua incipit Debitum, §. 14.*
1600. 22. Mar. — Examinatores, si in examinandis Confessoribus detenti, à Choro absint, pro illo tempore Distributiones quotidianas non amittunt. *Congregat. Episcoporum apud Barbol. in tract. de Can. & Dignitat. cap. 25. n. 9.*
1600. 16. Oct. — Censura Ecclesiastica in appellatam prolata relaxari, aut nulla declarari per Judicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causa cognita, tuncque si constitit eam justam esse, ad Judicem, qui Excommunicavit, Appellans remittendus est, ut ab ipso juxta Sacros Canones beneficium Absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem praestiterit, obtineat.

neat: Si verò injustam esse clarè appareat, Superior Absolutionem impendat: Si dubitetur, honestius est ut ad Excommunicatorem intra brevem, aliquem competentem terminum eidem præfigendum Absolvendus remittatur, licet etiam Superior hoc casu idipsum per se præstare jure possit. *Congreg. Episcoporum, apud Quaranta in Sum. Bullar. verb. Archiepiscopi autoritas, pag. mihi 68.*

1600. 16. Oct. — Absolutio ad cautelam non nisi parte citata, & visis actis, cum dubitatur de nullitate Excommunicationis ab homine prolatæ, vel à jure si occurrat dubium facti, vel probabile, dubium juris, concedenda erit, tuncque ad tempus breve cum reincidencia, & præstita per Excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum: et si juxta formam à jure præscriptam apparebit quem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare: & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & caveat de judicio fisci coram Excommunicatore quis tenebitur, priusquam ad cautelam absolvatur. *Congreg. Episcoporum, apud eund. ibidem.*

1600. 5. Dec. — Clavis Clausuræ Monialium ad custodiendam januam à parte interiori per Abbatissam tenendam, debet fieri diversa ab exteriori, quam tenet Confessarius. *Congreg. Episcoporum, in Marficana, apud Palsucc. in Compend. ad Consul. Canonice, Jac. Pignatol. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mihi 96.*

1600. 12. Dec. — Poenitentarius debet ad residendum compelli, prout respondit *Congregatio Episcoporum in Spalatiense, apud Nicol. in Flosculis, verbo Poenitentia, num. 1.*

1600. 13. Dec. — Omnes, & singuli Religiosi, qui ex Insulis Philippinis nuncupatis, sive qualibet alia Indiarum Occidentalium parte, in Iaponicas, ac alias illis proximis adjacentes, & finitimas Insulas, Provincias, & Regiones proficisci, & transire aude-

audebunt, vel præsumunt, poenam incurrun Excommunicationis majoris, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolvi possunt. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 74. qua incipit Onerosa, §. 7.*

1600. 29. Dec. — Excommunicationis late sententia, cujus absolutio Sedi tantum Apostolicæ reservatur, poenam incurrun Patres, & Fratres, sive Generalis sit, sive Consultores, sive Provincialis Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui per se, vel per alios, directè, vel indirectè recipere Nofocomium, dominium, aut jus ullum, aut quamlibet eorum administrationem, vestigialium, seu reddituum audebunt, vel præsumunt. *Clemens VIII. apud eund. ibid. Constit. 75. qua incipit Superna, §. 16.*

1601. 2. Jan. — Monialium Confessarius non potest Clausuram ingredi ad Missam celebrandam, non obstante qualibet contraria consuetudine. *Congreg. Episcoporum, in Bononiense, apud Nicol. in Floscul. verb. Clausura, num. 38. & ex eo Matthæucc. in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 13. num. 39.*

1601. 9. Jan. — Sacerdotibus omnibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, per universam Italiam extra Urbem degentibus, ad Confessiones audiendas probatis, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militarum, aut Congregationum, etiam Societatis JESU, & generaliter quarumcunque aliarum, quovis nomine nuncupentur, præcipitur, ne quis eorum sub prætextu Privilegiolorum, indultorum, aut facultatum, generaliter, vel specificè, scripto, aut viva vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel ejus auctoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archieonfraternitatibus Sæcularium, aut singularibus Personis, sub quibuscumque tenoribus concessarum, vel confirmatarum, ab ullo ex Cassibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita

folita contentis, vel alijs quomodocunque Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum in eadem Bulla, vel aliter reservandis, nec etiam à Casibus, quos Ordinarii locorum sibi reservant, & reservabunt, nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, vel speciali Romani Pontificis pro tempore existentis, vel Ordinariorum, quoad Casus ab ipsis tantum reservatis, respectivè impetratà in scriptis licentià Ordinarii locorum exhibendà, absolutionis beneficium impendere de cætero audeat, vel præsumat, sed eum opus fuerit Pœnitentes ad Superiores, legitimosque Judices suos accedere consulat, sub pœna contrafacientibus, tam Regularibus, quàm Sæcularibus Excommunicationis, privationis officiorum & dignitatum, aut Beneficiorum, inhabilitatis item audiendi Confessiones, & ad quæcunque officia, Prælaturas, & Beneficia in posterum obtinenda ipso facto absque ul la alia declaratione incurrenda, super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice, habilitatio, dispensatio, absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impetiri: Summus enim Pontifex (quatenus opus sit) facultates, & concessiones ipsas in hac parte, uti easas, & irritas haberi de cætero vult, non obstantibus quibuscunque: Præterea noverint Pœnitentes absolutionem, si quam obtinebunt contra hujusmodi prohibitionem, esse nullam, nulliusque honoris, vel momenti: Et ne locorum Ordinarii, quibus jus hoc reservandorum Casuum competit, plurimum, quàm opus sit, reservacione, Subditis, aut Confessariis in Animarum salute procuranda, cooperatores, sint onerosi, monentur omnes, ut paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disciplinam retinendam, Animarumque sibi creditarum salutem pro cujusvis Diocesis statu, & qualitate, necessarios reservandos esse judicaverint, reservent. *Congregat. Episcoporum, & Regular. de specialibus mandato Clementis VIII. apud Quaranta in Sum. Bullar.*

lar. verb. Casus reservati, pag. mihi 163. & referunt etiam Barbosa de potest. Episc. part. 3. alleg. 50. num. 286. ac Cabrinus de Casib. reservat. in initio Operis, nec non Matthæus, in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. num. 3. ac etiam Murga in Tract. de Benefic. Eccles. quest. 2. num. 571. pag. mihi 198. & denique Donat. in Prax. Rev. Regular. tom. 2. part. 1. tract. 11. quest. 17. num. 2. & Passerin. de elect. canon. cap. 26. nu. 57. ¶ Vide infra 1602. 26. Nov. & 1617. 7. Jan.

1601. 12. Jan. — Regulariter non sunt cogendi Cónonici ad audiendas Confessiones, nisi habeant Curam Animarum per turium, vel suæ Præbendæ annexam, & excepto Pœnitentiario. *Congregat. Episcoporum, in Anconitana, apud Nicol. in Elefcul. verb. Canonici, num. 28.* 493
1601. 16. Jan. — Non potest Episcopus cogere Presbyteros non Curatos ad Congregationem Casuum Conscientiæ. *Congregat. Episcoporum, apud Gavant. in Manuali, verb. Clerici Conventus, numer. 4.* 494
1601. 21. Jan. — Si Ordinarii dubitent, quod Regulares audiant Confessiones absque sua approbatione, cautè debent sine rumoribus Patentis ostensionem postulare. *Congregat. Episcoporum, & Regular. in Spoletana, apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. Canon lib. 5. tit. 38. de penit. & remiss. numer. 11. pag. mihi 163.* 495
1601. 13. Mar. — Regularium Superiores, etiam Delegati, requisiti à Confessariis, promptè facultatem concedant absolvendi Subditos à sibi reservatis, alioquin Confessariis possit absolvere ab illo Casu sine facultate. *Congregat. Visirat. Apostolic. de mandato Clementis VIII. apud Margarinum Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 246. qua incipit Sanctissimus, & referunt etiam Bissus in Hierurg. tom. 2. lit. P. num. 189. §. IV. ac Matthæus, in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 23. num. 57. ¶ Vide supra 1593. 26. Maji.* 496
1601. 20. Mar. — In Capitulo Generali, vel Provinciali cujusque Ordinis Regularis elegantur alii quot 497

- quot graves, & periti ex Fratribus cujuslibet Provincie, saltem tres, qui admittendos ad auscultandas Confessiones etiam ipsorum Fratrum diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad hujusmodi ministerium admittantur. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 60. qua incipit Nullus, §. 24.*
1601. 2. Apr. — Excommunicatio late sententia imponi non debet contra deferentem arma in Ecclesia. *Congregat. Episcoporum. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sentent. excommunic. n. 18. pag. mibi 170.* 498
1601. 25. Maji. — Excommunicati paulo ante Pascha, non sunt molestandi, si non communicent in Palchate. *Congregat. Episcoporum. apud Gavant. in Manuali, verb. Excommunicatio, numer. 49.* 499
1601. 25. Maji. — Absolutus à Censuris non censetur dispensatus ab Irregularitate, neque in impetrationibus gratiarum, in quibus Papa solet dicere, *harum serie absolventes*, quia Irregularitas non est Censura, *cap. quarenti, de verb. signific. Navarr. in Man. cap. 14. §. 1. num. 26. apud Rotam in Curzolen. Canonizatus coram Corduba, decis. recent. par. 2. decis. 44. num. 5.* 500
1601. 7. Jun. — Poenitentiarum Præbenda, etiam postquam est effectum sortita, non subjacet optioni, imo nec titulus, ac ordo illius. *Congregat. Concilii in Vercellen. apud Barbosa de Canonie. & Dignitat. cap. 26. num. 23. & cap. 27. num. 20. nec non de potest. Episc. par. 3. allegat. 55. num. 36.* 501
1601. 19. Jun. — Archipresbyter non potest concedere licentiam audiendi Confessiones. *Congregat. Episcoporum. in Aquilana, apud Nicol. in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 24. num. 4.* 502
1601. 6. Sept. — Edentes, & publicè recitantes alias Litanias, præter communes, & approbatas, peccatum committunt, &c. *Congregat. Inquisitoriam Clemente VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. in Appendicis Constit. 4. qua incipit Sanctissimus, & re-* 503

- & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Litanie, pag. mibi 293.*
1601. 18. Sept. — In principalibus Anni solemnitatibus potest Monialium Confessarius Monasterium ingredi ad ministranda Confessionis, & Communionis Sacramenta illis Monialibus, quæ sint ita infirmæ, ut neque per se, neque cum aliarum auxilio possint ad Confessionarium, & Fenestellam accedere, vel sint muratæ. *Congregat. Episcoporum. in Anceniana, apud Nicol. in Floscul. verb. Claustrum, numer. 33.* 504
1601. 7. Nov. — Facultas absolvendi in Bulla Coenæ non conceditur regulariter in genere, sed tantum in Casibus particularibus. *Congregat. Episcoporum. in Tinen. apud eund. in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sentent. excommunic. num. 43. in fine, pag. mibi 176.* 505
1601. 15. Oct. — Liberum sit Presbyteris confitefi cui voluerint, etiam Regulari ex approbatis. *Congregat. Episcoporum. in Alexandrina, apud Gavant. in Manuali, verb. Clericus, num. 49. & refert etiam Nicol. in Floscul. verb. Confessarius, num. 9. ubi alia posteriores Decisiones in Cremon. 1602. 14. Nov. & in Ferrarien. 1607. 20. Mar.* 506
1601. 1. Dec. — Quicumque non promotus ad Sacrum Presbyteratus Ordinem repertus fuerit Sacramentalem Confessionem audivisse, à Iudicibus Sanctæ Inquisitionis, vel à locorum Ordinariis, tanquam Ecclesie misericordia indignus, à foro Ecclesiastico abjiciatur, & ab Ordine Ecclesiasticis, si quos habuerit, ritè degradatus, itatim Curie Sæculari tradatur, per Iudices Sæculares debitis poenis plestendus. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 81. qua incipit Esti aliàs, §. 3. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Ordo, pag. mibi 394. ¶ Vide infra, 1628. 23. Mar.* 507
1602. 22. Jan. — Potest Capitulum, Sede vacante, dispensare, & absolvere vigore Concilii Tridentini *sest.* 508

ni *sess.* 24. *de reform. cap. 6.* ut censuit *Congregat. Concil. apud Barbol. de Canon. & Dignitatib. cap. ult. num. 82.* ¶ Notandum, quod *Rebuff. in prax. tit. ad devolut. num. 63.* dicens, quod poterit etiam Capitulum creare Penitentiarium, qui absolvat à Casibus etiam Episcopo reservatis, non tamen loquitur de Penitentiario ad præscriptum Tridentini, cuius deputatio cum annexione Præbendæ spectat ad Episcopum, sed de eo Penitentiario, qui fit simplex Confessarius à Capitulo constituendus, ut Sede Episcopali vacante possit absolvere à Casibus Episcopo reservatis, cuius officium per suspensionem novæ Episcopi expirat, & nullam Præbendam annexam habet, ut ex *Garz. de Benefic. in addit. ad part. 5. cap. 4. num. 150.* tenet *Corrad. in Prax. benefic. lib. 2. cap. 4. num. 110.* & habet etiam *Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. sect. 4. subsect. 2. num. 39. pag. mibi 42.*

1602. 3. Febr. — Minister Generalis Congregationis Capuccinorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, & Diffinitores in Capitulo Generali congregati, & in eodem Capitulo tantum, qui-busvis ejusdem Congregationis Religiosis, ad Confessiones audiendas approbatis, prout ipsis Ministro Generali, & Diffinitoribus videbitur, licentiam audiendi Sæcularium utriusque sexus Confessiones utique ad novi Capituli Generalis celebrationem, & non ultra, & sic de Capitulo Generali in Capitulo Generale, concedere respectivè possint, & valeant. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 82. que incipit Alias, §. 2.*

1602. 8. Mar. — Neque Episcopus potest quidquam directè, vel indirectè accipere pro licentia audiendi Confessiones, neque Notarius, vel Cancellarius aliquid percipere ratione scripturæ, vel sigilli, aut laboris, sive alio titulo pro approbatione ad Confessiones audiendas. *Decisum in Vico. refert Barbosa in Concil. sess. 21. cap. 1. de reform. nu. 9. &*

9. & 14. nec non de potest. Episc. allegat. 107. num. 18. juxta verba Concilii, *quæ gratis detur.*

1602. 12. Mar. — Confessarii examinati, & simpliciter approbati, non sunt iterum examinandi, nisi ab Episcopo successore, *Congregat. Episcoporum. in Neapolitana, & antea in Parmen. 1601. 5. Dec. nec non in Avenionen. 1593. 23. Aug. apud Nicol. in Florent. verb. Examen, numer. 9.*

1602. 5. Apr. — Possunt Ordinarii statuere, ne Sæculares Regulares Confessiones audiant, antequam Patentes suæ Approbationis, Confitentium, seu locorum Parochis ostenderint. *Congregat. Episcoporum. & Regularum, in una Servitar. apud eundem in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de panis. & remiss. num. 11. pag. mibi 163. ubi etiam Si verò dubitent, quod Regulares audiant Confessiones abique sua approbatione, cautè debent sine rumoribus ipsius Patentis ostensionem postulare, ex ead. Congreg. 1601. 21. Jan.*

1602. 26. Apr. — Episcopus extra suam Diocesim existens, non potest Confessorem ab Ordinario non approbatum sibi eligere, nec Confessiones alienorum Subditorum audire. *Congregat. Concil. apud d. Nicol. in dd. Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 13. numer. 4. ¶ Notandum, quod Episcopus à Pontificalibus suspensus, potest Confessiones, audire, ut habet *Barbosa de potest. Episc. par. 2. allegat. 6. numer. 4.**

1602. 10. Jun. — Regulares, qui Confessiones Sæcularium audire præsumunt, licentia ab Ordinario petita licet non obtenta, inhabilitantur ad Confessiones audiendas ad beneplacitum Sacræ Congregationis, & præterea mandatur, per eorum Superiores graviter puniri. *Congregat. Episcoporum. & Regularum, in Valterrana; ac etiam per Ordinarius recitari, ead. Congregat. in una Capuccinorum, apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de panis. & remiss. nu. 11. vers. Ex quibus, pag. mibi 163.*

1602. 20. Jun. — Hæc Propositio, scilicet, *Licet per*

per litteras, seu internumcium Confessario absente peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus uti falsa, temeraria, & scandalosa damnatur, ac prohibetur, præcipiturque, ne deinceps ista Propositio publicis, privatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, nève unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur: Quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de eà etiam disputativè tractaverit (nisi forsitan impugnando) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter Excommunicationem late sententiæ, quam ipso facto incurrat, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ majori Pœnitentiaria, nisi à pro exilente Romano Pontifice absolvi, aliis etiam pœnis pro arbitrio infligendis subjaceat. *Congregat. Inquisit. coram Clemente VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 87. qua incipit Sanctissimus, & referunt etiam Quarant. in Sum. Bullar. verb. Confessio sacramentalis, pag. mibi 22. nec non Bissus in Hierurg. tom. 2. litt. P. num. 162. §. 14. ac etiam Murga in Tract. de Benefic. Ecclesiæ quasi. 2. num. 579. pag. mibi 181. nec non Donat. in Prax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 13. quasi. 57. n. 2.*

1602. 4. Sept. — Excommunicatus propter non-solutionem, non absolvitur neque post mortem, nisi hæredes quam possunt satisfactionem præstent; imo sepultus in loco sacro, exhumatur. *Congreg. Episcoporum in una Convventualium, apud Nicol. in Lucubratur. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excommunicat. num. 46. pag. mibi 176.*

1602. 4. Sept. — Causa sufficiens amovendi quatuor Deputatos pro regimine Seminarii est senium, infirmitas, vel alia similis. *Congreg. Episc. in Bononien. apud eund. in dd. Lucubratur. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 5. de Mag. istis, num. 5. pag. 144. ¶ Notandum, quod*

quod Canonici electi ab Episcopo ad constituendam educationem Puerorum in Seminario, debent consilium præstare in electione Confessoris, & in ejusdè expulsionem. *ead. Congregat. in Mediolanen. apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Seminario, pag. mibi 386.*

1602. 5. Nov. — Si quis fuit excommunicatus pro manifesto excessu, non debet Abolutio concedi, nisi prius Ecclesiæ satisfiat. *Congregat. Episcoporum apud Nicol. in Lucubratur. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excommunicat. num. 44. pag. mibi 176.*

1602. 26. Nov. — Ut clarius appareat, in quibus Casibus vigore Decreti (supra positi, & editi 1601. 9. Ian.) reservatis, intelligatur prohibita Abolutio, declaratur, sub ejusdem Decreti prohibitionem illos tantum in posterum comprehendì Calus, qui in Bulla die Coenæ Domini legi consuetà continentur: ac præterea Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorii Decimiquarti, quæ incipit Cùm aliis nonnulli: Violationis Clausuræ Monialium ad malum finem: Provocantium, & pugnantium in Duello juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionem Gregorii Decimiertii, quæ incipit Ad tollendum: Injicientium violentas manus in Clericos juxta Canonem Si quis sadente 17. quasi. 4. ac luris dispositionem: Simonix realis scientie contractæ, atque etiam confidentiæ beneficiæ: Item omnes Calus, quos Ordinarii locorum sibi reservant, vel in posterum reservant: In quibus omnibus jam enumeratis Casibus dumtaxat, & sublatà etiam pœna inhabilitatis audiendi Confessiones, dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permaneat. *Congregat. Episcoporum. & Regular. de mandato Clementis VIII. apud Quaranta in Sum. Bullar. verb. Casus reservati, pag. mibi 163. & referunt etiam Barboia de potest. Episc. par. 3. allegat. 50. num. 286. & Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. num. 4. ac Murga disquis. moral. tom. 2. disquis. 1.*

num. 189. pag. mihi 159. nec non Donat. in *Prax. Res. Regular. Item. 2. par. 1. tract. 11. quasi. 17. num. 2.*
Pafferin. de elect. canon. cap. 26. num. 57.

1602. 26. Nov. — Declaratur præterea, eos quidem Sacerdotes, tam Sæculares, quam Regulares, qui aliquo ex Privilegiis, indultis, & facultatibus in suprascripto Decreto (edito 1601. 9. Jan.) expressis suffulti fuerint, posse juxta eorum Privilegia, indulta, & facultates, uti ante idem Decretum receperas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantum, & non alias, absolvere à Casibus in prædicta declaratione non comprehensis: alius verò Sacerdotibus hujusmodi Privilegia non habentibus nihil de novo concedi declaratur. *Congregat. Episcoporum. & Regular. apud eisd. ibid. ¶ Vide infra, 1617. 7. Jan.*

1602. 26. Nov. — Ne locorum Ordinarii, ad quos Casuum reservatio spectat, eà in re modum excedant, illi rursus magnopere admonentur, ut non passim, sed cum id videbitur communi honori expedire, atrociorum tantum, & graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam, confertur in edificationem, non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ Ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ pigmenti contrarius effectus subsequatur: Prohibetur etiam, ne sibi superflue reservent Casus in Bulla die Cœnæ Domini legi consuetæ contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reservatos: Facultatem verò, & licentiam absolvendæ à Casibus reservatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viva voce concedi posse declarat *Congregat. Episcoporum. & Regular. apud eisd. ibid.*

1602. 26. Nov. — Ne quis autem Sacerdotum Sæcularium, aut Regularium sub prætextu, quod per primò dictum Decretum (editum 1601. 9. Jan.) non fuerit sufficienter eorum specialibus Privilegiis derogatum, eidem Decreto sic, ut præfertur, declarato, contravenire audeat, Sanctitas sua Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis omnibus in favorem quorumcumque Ordinum, seu Institutorum Regularium, aut Sacerdotum, tam Sæcularium, quam Regularium, editis, nec non eorundem Ordinum, seu Institutorum, ac etiam Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum Sæcularium, seu Regularium locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla Aurea, aut aliâ nuncupatis, eidem Ordinibus, seu Institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasteriis, & Sæcularibus, seu Regularibus locis, aut Personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibuscumque derogatoriis, seu derogatoriis, aliiisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliâ quomodolibet, etiam per viam Communicationis, seu extensionis, concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum insufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogat, contrariis quibuscumque non obstantibus. *Congregat. Episcoporum. & Regular. apud eisd. ibid. ¶ Vide infra 1628. 17. Nov.*

derogatum, eidem Decreto sic, ut præfertur, declarato, contravenire audeat, Sanctitas sua Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis omnibus in favorem quorumcumque Ordinum, seu Institutorum Regularium, aut Sacerdotum, tam Sæcularium, quam Regularium, editis, nec non eorundem Ordinum, seu Institutorum, ac etiam Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum Sæcularium, seu Regularium locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla Aurea, aut aliâ nuncupatis, eidem Ordinibus, seu Institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasteriis, & Sæcularibus, seu Regularibus locis, aut Personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibuscumque derogatoriis, seu derogatoriis, aliiisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliâ quomodolibet, etiam per viam Communicationis, seu extensionis, concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum insufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogat, contrariis quibuscumque non obstantibus. *Congregat. Episcoporum. & Regular. apud eisd. ibid. ¶ Vide infra 1628. 17. Nov.*

1603. 7. Jan. — In Sepultura Mortuorum nullum jus competit Parocho, sed tantum earum Confessario. *Congregat. Episcoporum apud Gavant. in Manuali; verb. Mortuorum cura spiritualis, num. 31.*
1603. 26. Jan. — Mortuorum Procurator, vel Syndicus non debet habere licentiam ingrediendi Claustrum, neque cum Confessario ingrediente ad Sacramenta ministranda. *Congregat. Episcoporum in Senogallien. apud Nicol. in Florent. verb. Claustrum, numer. 20.*
1603. 18. Mar. — Presbyteri non debent in criminalibus carcerari ex causa levi, puta ex eo solo, quod non interfuerint Congregationibus, prout censuit *Congregat. Episcoporum apud eund. in Lucubrationibus, tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 23. numer. 3.*
1603. 19. Mar. — Statim ac Novitii ad habitum recepti, & in locum Novitiatu introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum Confessionem, totius antea vita conscientiam discutiant, & expurgent; Magistro autem soli Novitiorum Confessiones audiendi cura committatur: Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire iudicaverit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorundem Novitiorum Confessiones audire. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. qua incipit Cum ad Regularem, post Constit. 83. Urbani VIII. & referunt etiam Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 254. ac Quaranta in Sum. Bullar. verb. Monasteria, & Conventus, pag. mibi 321. nec non Peyrin. de Privileg. Regular. pag. 296. ¶ Notandum quod Confessiones audiendi facultas concedi potest Novitiis Sacerdotibus, nisi obtent Statuta Religionum: & licet per Professionem expiret facultas ordinaria Confessiones audiendi, non tamen expirat delegata, si quam habebat Novitius, ut habet Lezana verb. Novitius, num. 42. apud Nicol. in Florent. verb. itid. Novitius, num. 17.*
1603. 22. Apr. — Non est imponenda Excommunic-

- nicatio contra manentes indecenter in Ecclesiis, aut Capellis, nisi comminatoria tantum. *Congreg. Episcoporum in Ulyxbonen. apud Nicol. in Lucubrationibus, tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de fenes. Excommunic. nu. 18. pag. mibi 170.*
1603. 10. Jun. — Non potest Nuncius absolvere excommunicatos ab Ordinaris, nisi data Excommunicatori honesta satisfactione. *Congregat. Episcoporum apud eund. in Florent. verb. Nuncius, numer. 4.*
1603. 13. Jun. — Regularibus prohiberi non debet, ne audiant Confessiones Infirmorum in ipsorum Domibus. *Congreg. Episcoporum & Regular. in una Observantium, apud eund. in dd. Florent. verbo Infirmus, numer. 3.*
1603. 15. Jul. — Bene faciunt Episcopi, qui armorum delationem Clericis prohibent sub poena Suspensionis, vel Excommunicationis, comminatoria tamen, non ipso facto incurrenda. *Congregat. Episcoporum in Squillacen. apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. de vit. & honest. Cleric. num. 2. pag. mibi 79.*
1603. 2. Sept. — Mortalibus subtractis ab obedientia Regularium non debent tam cito dari Regulares pro Confessionibus. *Congregatio Episcoporum in Ragusina, apud eund. in Florent. verb. Obedientia, num. 8.*
1603. 2. Sept. — Episcopus volens examinare iterum Confessarium Regularium ex nova causa, debet id Superioribus Regularibus significare, non quidem cum individua causae expressione, sed tantum exprimendum, se velle ob novam, qua supervenit, causam, ad huiusmodi examen procedere. *Congregat. Episcoporum apud eund. ibid. verb. Confessarius, numer. 7. nec non in Lucubr. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 28. de poenit. & remiss. numer. 9. pag. mibi 162.*
1603. 5. Sept. — Regulares approbati ab Episcopo defuncto ad Confessiones audendas, non possunt

- sunt à Capitulo, seu ejus Vicario, Sede vacante, examinati, propter Privilegium Clementis IV. ut censuit *Congregat. Episcoporum in Fanen.* & postea in *Aquens.* 1604. 27. Jul. apud Nicol. in *Lucubrat.* tom. 2. *Canon.* lib. 5. tit. 38. num. 9. & refert etiam Antonell. de *regim. Eccles. Episc.* lib. 4. cap. ult. num. 79. ex *Diana per. 3. tract. 2. refel. 27.*
1603. 28. Nov. — Debet fieri lectio, & conferentia Casuum Conscientiæ ab omnibus Confessariis Secularibus semel ad minus in Mense, sed non intervenientibus non est imponenda pena pecuniaria nimis exorbitans, veluti sex Ducatorum, neque absentes non denunciatis Suspendio ipso facto incurrenda. *Congregat. Episcoporum in Cremon.* apud Nicol. in *Floscul.* verb. *Caus Conscientiæ*, num. 3.
1603. 28. Nov. — Non est imponenda Excommunicatio contra se parantem ad Altare, etiam in loco, ubi adest Sicilia. *Congregat. in d. Cremon.* apud eund. in *Lucubrat.* tom. 2. *Canon.* lib. 5. tit. 39. de *sententia excommunicatio.* num. 18. pag. mibi 170.
1603. 28. Nov. — Contra eos, qui in Quadragesima cantant Vesperas post prandium, non est imponenda Excommunicatio, ut resolvit *Congregat. Episcoporum in d. Cremon.* apud eund. in *dd. Lucubrat.* loc. cit.
1603. 23. Dec. — Censuræ sine fundo sunt Usuræ manifestæ, prout declaravit *Congregat. Episcoporum in una S. Marci*, apud Nicol. in *Lucubrat.* tom. 1. lib. 3. tit. 24. de *Empt.* & *Vend.* num. 27. pag. mibi 196.
1603. 23. Dec. — Absolutio Excommunicatio iusta ejus, qui appellavit à declaratione, non datur, nisi renunciato prius appellationi. *Congregat. Episcoporum in Fanen.* apud eund. in *dd. Lucubrat.* tom. 2. *Canon.* lib. 5. tit. 39. de *sentent. excommunicatio.* n. 30. pag. mibi 172. & 173.
1604. 12. Jan. — Claves Custodiæ S. Sacramenti nullatenus Abbatissæ, vel Monialibus committantur, sed penes eum Sacerdotem semper esse debent,

- beant, ad quem spectat illius administrandi cura, nempe perpetuo sint apud eum Confessarium. *Congregat. Episcoporum apud eund.* *ibid.* lib. 3. tit. 1. num. 19. pag. mibi 82. & antea referebant Barboza in *Concil.* sess. 25. de *Regular.* & *Monial.* cap. 9. num. 6. ac Gavant. in *Manuali*, verb. *Monialium Ecclesiæ*, num. 7.
1604. 12. Jan. — Regulares compelli non possunt ad audiendas Confessiones extra suas Ecclesias. *Congregat. Episcoporum in signina*, apud Nicol. in *Flosculis*, verbo *Regularis*, num. 27.
1604. 28. Jan. — Rectores Parochialium Ecclesiarum in Indiis Occidentalibus existentes, si exigant majorem elemosinam ab iis, qui in Ecclesiis Domorum Ordinis S. Francisci de Observantia, quam in Parochialibus sepeliuntur, Excommunicationis majoris latæ sententiæ poenam, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi possunt, incurrun. *Clemens VIII.* apud Cherubin. in *Bullar. Rom.* tom. 3. *Constit.* 96. quæ incipit *Expositum*, §. 3. & refert etiam *Peyrin. de Privileg. Regular.* tom. 3. cap. 4. numer. 8. pag. 326.
1604. 17. Maji. — Non potest Episcopus cogere Clericos suos, ut sibi confiteantur, ut respondit *Congregatio Episcoporum in una Vallis*, apud Nicol. in *Floscul.* verb. *Confessarius*, num. 9.
1604. 17. Maji. — Ordinarius non potest prohibere Confessariis, ne audiant Confessiones eorum, qui habent querelas in Curia Episcopali, antequam eas cessari faciant. *Congregat. Episcoporum in Gallipolitana*, apud eund. *ibid.* num. 10.
1604. 1. Jun. — Nuncius nihil accipere potest pro Absolutionibus, & Dispensationibus, præsertim à Regularibus. *Congregat. Episcoporum in una Venetiar.* apud eund. *ibid.* verb. *Nuncius*, num. 9.
1604. 23. Jul. — Fratres Superiores, & Prælati, etiam Prior Generalis Ordinis Cruciferorum, aliquem precibus, literis, vel favoribus adducti,

- vel alias ad instantiam Personarum extra dictum Ordinem existentium promoventes, Excommunicationis latae sententiae poenam incurrunt. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 99. qua incipit Quoniam, §. 4.*
1604. 9. Aug. — Fenestella Communione deservire non potest pro Monialium Confessionario, neque per modum provisionis. *Congreg. Episcoporum. in unâ Burgi S. Domini. apud Nicol. in Flosculis, verbo Fenestrae, num. 5.*
1604. 22. Aug. — Fratres Ordinis Servorum Beatae MARIÆ, semel in Hebdomada, die à Priore Generali constituto, de Theologia practica habeant tractationem, in qua præcipue de virtutibus quibus alimur in vita spirituali, & de vitiis oppositis, qua tanquam morbos Animæ caveamus, agatur: Curet etiam Prior quicumque Conventus, ut lectio Sacrae Scripturae, vel Casuum Conscientiae ex præcepto Decreti Apostolici singula Hebdomada habeatur: Neque aliquis ad Confessiones audiendas, antequam præsentetur Ordinario, minor triginta annis à Generali admitatur, & qui prius rigoroso examine circa doctrinam, mores, & disciplinam à Provinciali, & duobus Magistris, onerata ipsorum conscientia, non fuerit approbatus. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. post Constit. 60. qua incipit Nullus, §. 48. 51. & 53.*
1604. 25. Sept. — Omnes, qui in Italia Habitum externum, tam in materia, quam in forma similem ei, quam gestant Fratres Reformati, seu Discalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini, gestare præsumunt, Excommunicationis majoris latae sententiae poenam ipso facto incurrunt. *Clemens VIII. apud eund. ibid. Constit. 111. qua incipit Pastoralis, §. 2.*
1604. 3. Oct. — Confessarius non debet habere jurisdictionem, & regimen temporale, vel spirituale externum Monasterii. *Congregat. Episcoporum. in Papien.*

- Papien. apud Nicol. in Flosculis, verbo Gubernator, num. 3.*
1604. 26. Oct. — Accessus ad Moniales sine licentia in scriptis, non debet esse Casus reservatus: Quod si experimento conperiat, frequentiam nimium excrescere, poterit Episcopus facere Casum reservatum Accessum Virorum annos quatuordecim exsuperantium sine licentia. *Congregat. Episcoporum. in Bononien. apud eund. ibid. verb. Casus reservati, num. 3. & refert etiam Monacel. in Formular. leg. pract. tom. 1. tit. 11. in prælad. num. 1.*
1604. 26. Oct. — Confessarii Monialium neque ab Universitate, neque ab ipsis Monialibus eligi debent, sed ab Ordinario deputari: *Congregat. Episcoporum. in Vallisoleana, & antea in Regim. 1602. 4. Sept. ac in Tusculana 1601. 25. Oct. nec non in Laurentana 1588. 20. Sept. apud Paucucc. in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mili 96.*
1604. 22. Nov. — Licet habitatio Confessarii Monialium debeat esse vicina, non tamen sit conjuncta, seu contigua Monasterio, sed ab eo distincta, non solum per parietes, sed etiam per tecta. *Congregat. Episcoporum. in Mantiana, & antea simplicissime, prout habet Nicol. in Floscul. verb. Confessarius, num. 34. ¶ Vide etiam infra, 1664. 20. Nov.*
1604. 1. Dec. — Fratres, Superiores, & Praelati, etiam Prior Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, aliquem precibus, litteris, vel favoribus adducti, vel alias ad instantiam Personarum extra dictum Ordinem existentium promoventes, Excommunicationis latae sententiae poenam incurrunt. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 114. qua incipit Quoniam, §. 4.*
1604. 7. Dec. — Confessarii, qui vigore Privilegorum Ordinibus, Religionibus, Institutis, erigentibus, Institutibus, & communicantibus, seu Archiepiscopatibus, & Congregationibus aggregan-

gregantibus confessorum, ac Confraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi possunt, & poterunt, Seculares scilicet in Alma Urbe à Vicario Papæ, extra verò Urbem à locorum Ordinariis; Regulares autem non solum à prædicto Vicario, & à locorum Ordinariis respectivè, sed etiam à suis Superioribus approbati sint: & Confratres consentes à criminibus, casibus, & censuris, juxta dictorum Privilegiorum (quatenus tamen sint in usu, & Sacri Concilii Tridentini Decretis, ac Romanorum Pontificum Constitutionibus non adferentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint) formam, & tenorem dumtaxat absolvere valeant. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 119. que incipit Quæcumque, §. 9. & referunt etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Confraternitates, pag. mihi 203. ac Matthæus. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 16. num. 2. nec non Murga disquisit. moral. tom. 2. disquisit. 1. n. 191. pag. mihi 166.*

1604. 7. Dec. — Dicitur Confessarii prædictos Confratres à Casibus contentis in litteris, quæ die Coenæ Domini legi consueverunt, nec non violationis Immutatis, ac Libertatis Ecclesiasticæ, & Clausuræ Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessariâ, & urgenti causâ, ac sine Superiorum licentia, vel etiam si causâ, & licentiâ concessâ abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint, nec non violentæ manus injectionis in Clericorum, & singularis Certaminis, seu Duelli, ac ab aliis etiam Casibus, tam à Summo Pontifice, quam à prædicto ejus Vicario, & locorum Ordinariis respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis Excommunicatione ab homine lata absolvere, & super Irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare prætextu dictorum Privilegiorum nullo modo

modo possint. *Clemens VIII. apud eund. ibid. §. 12. id. 9. ¶ Hæc Constitutio pluribus in locis superius citatur, tanquam diligenter observanda, & attendenda.*

1605. 14. Jan. — Absolutio ab Excommunicatione propter alienatas res Ecclesiasticas conditionalis, non purificata conditione, non suffragatus, *1. Tabii ancilla, §. Stichus, ff. de fideicom. liber. cum aliis per Abb. conf. 103. verb. sed tamen his non obstantibus, par. 2. & per Cephal. conf. 17. numer. 21. apud Rotam in Sublacon. Bonorum coram Litt. acifracenti. par. 4. tom. 1. decis. 47. n. 2.*

1605. 29. Nov. — Confessarii Monialium certa annua merces constitui debet, quæ juxta morem, & qualitatem Regionis victui illis sufficiat, eademque merces Monasterio, in quo degit idem Confessarius, si Regularis sit, persolvatur: Cœterum Ordinarii locorum prohibeant Monialibus sub aliquibus penis non tamen Censurarum, nec ultra mercedem illam aliquid committere, vel privatim eidem Confessori, vel aliis quibuscunque Fratribus tribuant, eisdemque Fratribus, ne à Monialibus etiam spontè oblatum, vel donatum recipiant, sub eisdem penis inhibeat. *Congregat. Episcopar. & Regular. apud Barboi. in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessarius Monialium, num. 10. & iterum in Collect. in Concl. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 10. num. 14. & quoad primam partem idem refert Monacell. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 9. form. 3. num. 13. ubi num. seq. ait, quod ex mala observatione hujus Decreti, Confessarii habiles, & idonei non reperuntur, & Moniales sub directione Confessoriorum parum aptorum (qui peccata comedunt, & latrare non valentes, Canes muti sunt) mirum in modum paulatim relaxantur.*

1605. 29. Nov. — Confessionalia ex Sacristiis, & aliis locis occultis removeri debent, & collocari in Ecclesiis exterioribus Monialium. *Congregat. Episcopar. in Camerinen. apud Barboi. in Sum. Apostolicar. cas.*

car. Decis. verb. Confessionalia, numer. 1. & refert etiam Nicol. in Eloscul. verb. Confessarius, numer. 37.

1606. 18. Febr. — Fratres Congregationis Jesuitarum S. Hieronymi ad Sacerdotium promoti, neque ullius secularis Personæ, neque alterius Ordinis Regularis ullo tempore, etiam de cujuscunque Episcopi, vel Superioris Regularis licentia Confessiones audire possint, sed tantum illis Sacerdotibus, qui ad Confessiones audiendas idonei reperiti, & ab Ordinariis locorum approbati fuerint, liceat aliorum ipsius Congregationis Religiosorum, de sui Superioris licentia Confessiones audire. *Paulus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. 1. 3. Constit. 16. que incipit Religiosos, §. 9.*

1606. 1. Jul. — Regulares ad Monialium Monasteria accedentes sine licentia, ultra pœnas privationis Officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, incurrun etiam pœnam peccati mortalis. *Congregat. Episcopos, & Regular. apud Peyrin. de privileg. Regular. circa Constit. 6. Pii V. §. 10. num. 36. pag. mibi 203. & refert etiam Barbosa de potest. Episc. allegat. 102. num. 72. ac Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. num. 16. pag. 81. nec non Alean. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 25. questio 5. num. 1. & hoc iterum firmavit eadem Congregatio anno 1672. etiam ex rationabili causa, quando non adit licentia, ut habet Matthæucc. in Offic. Regular. tom. 1. cap. 5. num. 12. & refert etiam Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice pag. mibi 437.*

1606. 1. Jul. — Si Monialis exorcizanda fuerit à Confessario, habet à licentia à Sede Apostolica, exorcizetur in Ecclesia exteriori, clausis januis, præsentibus Fœminis honestis Consanguineis, vel aliis provecctæ ætatis, neque aliò divertatur. *Congregat. Episcopos, apud Gavant. in Manuali, verb. Monialium cura spiritualis, num. 30. & refert etiam Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 13. num. 42. ex Alean. Tamburin. de Jur. Abbatistiar. disput. 24. questio*

questio 4. ¶ Dixerat antea eadem Congregatio in S. Pistoriensi anno 1585. 16. Jul. quod exorcizanda erat ad fenestram, vel intra Claustrum, si opus fuerat, ut habet Paucucc. in Compend. ad Consultat. Canon. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mibi 91.

1606. 1. Jul. — Regularis approbatus ab Episcopo ad Confessiones audiendas non debet ab Ordinario impediri, quominus illas audire possit in Domibus Pœnitentium infirmorum, si ab illis vocetur, licet valeat talis Ordinarius mandare sub pœna Suspensionis à facultate audiendi Confessiones, quod hujusmodi Regularis Parochum de audita Confessione infirmorum eodem die certiorum faciat. *Congregat. Episcopos, & Regular. apud Barbol. in Summ. Apostolic. Decis. verb. Approbatio, num. 14. & refert etiam Gavant. in Manuali, verb. Confessarius, numer. 27.*

1606. 1. Sept. — Factores Hæreticorum, & impedidores Sancti Officii, præter alias pœnas, etiam Excommunicationis latæ sententiæ, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, abolitionis beneficium valeant obtinere, eo ipso incurrit. *Paulus V. apud Cherubin. in Bullar. 1. 3. Constit. 26. que incipit Romanus, §. 6. & refert etiam Peyrin. de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 9. ejusd. Pontific. pag. mibi 253.*

1606. 15. Sept. — Auditor Camera Apostolicæ possit quoslibet inobedientes excommunicare, & ab eo excommunicati, ab eo solum, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint. *Paulus V. apud Cherubin. d. 23. Constit. 28. que incipit Eximie, §. 20. & 21.*

1607. 16. Febr. — Rectores Parochialium Ecclesiarum in Indiis Occidentalibus, & Orientalibus existentes, qui majorem eleemosynam exigent ab iis, qui in Domorum Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Ecclesiis sepeliuntur, eà, quam illis præ-

- 174
 præcibit Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 13. juxta explicationem à Pio V. emanatam anno 1567. 16. Maji, Excommunicationis majoris latae sententiae poenam, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi poterunt, incurrunr. *Paulus V. apud Cherubin. in Bull. Rom. tom. 3. Constit. 32. qua incipit Expositum, §. 4.*
1607. 25. Febr. — Poenitentiarius approbatus, & in possessionem immissus à Delegato Apostolico, eò quod Vicarium, & Tribunal Ordinarii suspectum haberet, potest audire Confessiones absque alià licentià ipsius Ordinarii. *Congregat. Episcoporum. in Aquilejen. apud Nicol. in Floscul. verb. Poenitentia, numer. 4. nec non in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de poenit. & remiss. num. 12. pag. mihi 164.*
1607. 20. Mar. — Non potest Ordinarius prohibere, ne sui Clerici, vel alii confiteantur cuilibet Confessario approbato, etiam Regulari. *Congreg. Episcoporum. in Ferrariens. apud eund. in d. Flosculis, verb. Confessarius, n. 9.*
1670. 20. Mar. — Non est imponenda Censura gravis, præsertim latae sententiae, pro quolibet peccato mortali. *Congregat. Episcoporum. in d. Ferrariens. apud eund. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. n. 4. pag. mihi 141.*
1607. 20. Mar. — Ordinarius non debet prohibere sub poena Excommunicationis ipso facto incurrenda, ne quis celebret ebrius, nisi peracta digestionem, quia exinde possent exoriri multi Scrupuli. *Congregat. Episcoporum. in d. Ferrariens. apud eund. ibid. licet hoc sit peccatum, si culpabiliter fiat. c. si confiteretur 12. de accusat. apud eund. in d. Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sententia excommunicat. n. 8. pag. mihi 170.* ¶ Notandum, quod se, vel alium, inebriare sanitatis recuperandae, vel servandae gratia ex consilio Medicorum aliud remedium non restare afferentium, non est licitum, & consequen-

ter

- 175
 ter est peccatum mortale, sicut & si mollities ex consilio Medicorum (ut de S. Casimiro legitur in Breviario) esset necessaria ad sanitatem, vel vitam servandam, non ideo excusatur à mortali, quia non sunt facienda mala ut eveniant bona, prout ex D. Thoma, & Apostolo ait Wigandus in Tribum. Confessar. tract. 5. exanim. 3. Quæro VIII. pag. mihi 129.
1607. 25. Maji. — Dum aliquis Præpositus, seu alius Prælati inferior est in quasi possessione per antiquam consuetudinem dandi licentiam audiendi Confessiones, non debet ab Episcopo turbari, sed Episcopus, si quid prætendit, jura sua (nihil interim innovando) deducere debet coram Sacra Congregat. Episcoporum. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 15. de Interdictis, numer. 63.
1607. 7. Jul. — Sacerdotes Regulares possunt absque Episcopi approbatione audire Confessiones Sæcularium, qui sunt de Regularium familia, & eorum continui Commensales, nec teneant reddere rationem proprio Parocho, quod præcepto Ecclesie satisfecerint, sed tamen Superiori Regularium. *Congregat. Concil. apud eund. in d. Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de poenit. & remiss. n. 10. vers. Limita quarto, pag. mihi 163.*
1608. 7. Jan. — Fratres Predicatores Ordinis S. Dominici, qui ad quarumcunque Personarum tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem existentium favores recurrunt, ad effectum consequendi Officium Magistri Generalis professe, vel alius, vinculo Excommunicationis latae sententiae poena, à qua nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, anodantur. *Paulus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 39. qua incipit Admonemur, §. 5.*
1608. 8. Febr. — Christiani debiles in paribus Infidelium exi-

570
571
572
573

tim existentes, in articulo, vel periculo mortis, quando non datur accessus, vel ipse accedendi ad Religiosos Fratres Ordinis Ss. Trinitatis Redemptionis Captivorum, peccata sua cuilibet Sacerdoti, etiam in captivitate detento confiteri, dictique Sacerdotes illos à quibuscunque peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, etiam Sedi Apostolica reservatis, etiam contentis in litteris die Coenae Domini legi solitis, etiam Hæresis, Apostasie, Idolatriæ, & Judaismi, absolvere, illique plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concedere, & impetiri liberè, & licitè valeant. *Paulus V. apud eund. d. tom. 3. Conf. 40. §. 13.*

1608. 25. Mar. — In singulis Monasteriis Congregationis Casinensis, pro quinque Monachis professis, unus Decanus, computatis Cellerariis, ac Novitiorum Magistris, Confessoribus Monialium, ac Rectoribus, aliisque Officialibus, assignetur: Ad officium autem Decanorum, quoad insufficientiam litterarum, illi dumtaxat Monachi assumantur, qui vel per Examinatores ab Ordinaris locorum pro tempore deputatos, seu per Visitatores, vel alios ab ipsis Visitatoribus, vel Definitoribus subrogatos, ad Confessiones Christianissimum audiendas examinati cum effectu per Patentes litteras in forma probanti Visitatoribus tradendas, & ab ipsis Visitatoribus, an favore, vel merito illas impetraverint, examinandas, & Definitoribus Capituli Generalis præsentandas, tanquam idonei approbati fuerint: In Monasteriis denique dicti Ordinis lectio Casuum Conscientiæ saltem bis in unaquaque Hebdomada habeatur. *Paulus V. apud Margarin. in Bullar. Casinens. tom. 1. Constit. 266. qua incipit Romani.*

1608. 9. Apr. — Confessarii Congregationis Oratorii S. Mariæ de Vallicella de Urbe ad audiendas Confessiones approbati de licentiâ suorum Superiorum, ad quos pertinet, possunt absolvere quos-

cun-

enque à Duello prohibito per Bullam Clementis VIII. dummodo non comprehendantur in Constitutione Gregorii XIII. & Decreto Concilii Tridentini, id est, dummodo non sit secutus effectus, & dummodo Duellum non sit publicum. *Paulus V. apud Peyrin. de Privileg. Regular. circa Constit. 1. Julii II. n. 64. pag. mibi 54.*

1608. 6. Jun. — Confessarius tam Secularis, quam Regularis ad audiendas Personarum secularium Confessiones in una Diocesi approbatus, non potest in alia eadè Confessiones audire absq. Episcopi Diocesis approbatione. *Congregat. Concil. in Calaguritana, apud Barbol. in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Approbatio, n. 12. & verb. Confessarius, n. 14. ac verb. Confessio Sacramentalis n. 6. ex Sell. in select. Can. cap. 14. n. 28.*
1608. 4. Jul. — Prior Generalis, Provinciales, & Prælati Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini, qui ad instantium Personarum extra dictum Ordinem existentium, aliquam gratiam alicui dicti Ordinis Religioso concedere præsumunt, Excommunicationis poenam ipso facto incurrunt. *Paulus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 48. qua incipit Admonemur, §. 1.*
1608. 17. Sept. — Erigi non potest ab Episcopo Poenitentiarum de Præbenda jam vacante, si ad alterius, etiam inferioris, puta Capituli, collationem spectat, sed erigi debet de vacatura. *Congregat. Concil. in Concordien. apud Nicol. in Florent. verb. Poenitentia, n. 1.*
1608. 1. Dec. — Circa electionem Abbatum, Priorum, & Decanorum Congregationis Casinensis, primo Lectores Sacræ Theologiæ, Philosophiæ, Juris Canonici, vel Casuum Conscientiæ, cæteris præferantur: deinde approbati ad Confessiones audiendas Romæ, vel Mediolani, Bononiæ, Neapoli, Florentiæ, vel in aliis Civitatibus. *Paulus V. apud Margarin. in Bullar. Casinens. tom. 1. Constitutionem 267. qua incipit Ita-*

M
lica

licet Al Molto Reverendo.

1609. 22. Jan. — Non licet adire Tempa Hæreticorum ex intentione in cultu falsæ Religionis cum illis communicandi, cum talis cultus sit illicitus: unde ille peccaret mortaliter, qui in Templo Calvinistarum cenam fumeret, aut cum iis precos funderet, & consequenter absolvi nequit. *Congregat. S. Offic. apud Paltucc. in Compens. ad Consultat. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Confessione. & Confessoribus, pag. mibi 198. ubi par. 2. tit. de Missionariis, pag. 62. ait, quod PARENTES Catholici facientes iterum baptizari à Ministro hæretico suos Filios jam antea baptizatos à Parocho Catholica, peccant peccato Sacrilégii.*
1609. 9. Mar. — Confessarius Monialium, etiam Regularis, non indiget speciali licentia ad ingrediendum Monasterium pro necessitatibus sui officii, modo per Monasterium ipsum non vagetur, sed expleto ministerio, statim exeat. *Congregat. Episcoporum in Comen. apud Nicol. in Floscul. verb. Claustrum, n. 32.*
1609. 26. Jun. — Non est valida depuratio Examinatoris Synodalis sub nomine Dignitatis, puta deputando Pœnitentiarium, eum aliter non nominando, ut electio transeat ad successorem. *Congregat. Episcoporum in Cremonen. apud eund. in Lucubr. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 4. numer. 9. pag. 145.*
1609. 19. Jul. — Pœnitentiarium non potest obtinere Capellam sine dispensatione Apostolica, licet tam Capella, quam Præbenda sint tenes. *Congregat. Episcoporum in Ailen. apud eund. in Floscul. verb. Pœnitentia, n. 1.*
1609. 3. Oct. — Episcopus extra suam Dioecesim, existens, non potest consisti neque Regulari, qui non sit ab Ordinario loci approbatus. *Congregat. Episcoporum apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. lib. 5. tit. 3. de peccat. & remiss. numer. 10. vers. Sed an, pag. mibi 163.*

1609.

1609. 18. Dec. — Absolutio censurarum dari debet Excommunicato propter non partitionem litterarum Apostolicarum, si postea illis parverit, juxta not. in cap. qua fronte se appellat. & in cap. sedes, de sent. excomm. in 6. apud Rotam in Barchinonen. Confessarium coram Sacratio, *decis. recent. par. 3. decis. 247. num. 1.*
1610. 8. Maji. — Confessarii ab Episcopo approbati, sive sint Regulares, sive Sæculares, nullò pacto possunt Confessiones audire extra Dioecesim. Episcopi approbantis, quamvis Constitutes sint eidem Episcopo subiecti. *Congregat. Concil. apud Nicol. in Floscul. verb. Confessarius, num. 23. & refert etiam Barbosa in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessio Sacramentalis, num. 10. ex Sell in Select. Canon. cap. 14. n. 79.*
1610. 22. Maji. — Potest quidem Episcopus hortari, sed non cogere Dignitates, & Canonicos, ut accedant ad lectiones Theologicas. *Congregat. Concil. in Brucharen. apud Paltucc. in Compens. ad Consultat. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Capitulo, & Canonicis, pag. mibi 114.*
1610. 25. Jun. — Si quis certus est, datam sibi suis facultatem audiendi Confessiones, titus est in foro Conscientiæ, quamvis Episcopus dicat, se non meminisse: Si verò dubius est de facultate sibi concessa, curare debet, ut ii, quibus impetratus est absolutioem, iterent suas Confessiones, & in futurum abstineat ab audiendis Confessionibus absque nova Episcopi licentia. *Congregat. Episcoporum in una Oliveratorum, apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 3. de peccat. & remiss. n. 10. in fine, pag. mibi 163.*
1611. 6. Jun. — Licet Abbati S. Mariæ de Nagera Ordinis S. Benedicti competat jurisdictiono privative in Clericos, & Capellanos Ecclesiarum S. Crucis, & S. Michaelis, manutenedus tamen est Episcopus in approbandis Confessoribus dictarum Ecclesiarum, nam Decretum Concilii Tridentini

M 2 sess. 23.

Jes. 23. cap. 15. de reform. disponit, quod nemo admitti possit ad Confessiones Sacularium audiendas, nisi approbatus ab Episcopo; ita quod assentientia Juris est clara, propter quam datur manutentio absque alia probatione possessionis, ut in *cap. cum persona, de privil. in 6.* fuit enim decilium; Monasterium esse in, & de Diocesi: & hinc est, quod Sacra Concilii Congregatio respondit, eos, qui approbandi sunt ad Confessiones audiendas in Ecclesiis Abbati subjectis, ab ipso Abbate offerri debere Episcopo, & cum præsupposito, quod Abbas habeat jurisdictionem quasi Episcopalem privatè ad Episcopum. *Rota in Calaguriana Jurisdictionis de Nagera coram Attrebatensi, decis. recent. par. 1. decis. 322. n. 1. & 3.*

1611. 15. Jul. — Canonicus Pœnitentiarius non potest esse Generalis Episcopi Vicarius, ne suspitionem ingerat, quod in administrationem Justitiæ utatur licentia Confessionis, nisi esset tantæ opinionis apud omnes, ut excluderetur hujusmodi suspicio. *Congregat. Episcoporum in Ariminens. & antea in ead. 28. Jan. & 13. Maji eusd. anni, apud Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. in princip. num. 9. & refert etiam Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 18. de offic. Vicar. Gener. n. 3. pag. mibi 37.*

1612. 14. Jan. — Capellani Confraternitatum non possunt Confessiones audire in ius Ecclesiis sine licentia Ordinarii, & Parochi: *Congregat. Rit. in Cesarangulana, apud Pauc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Parocho, pag. mibi 206. & referunt etiam Gavant. in Manuali. verb. Confraternitas, in addit. num. 3. & Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 36. num. 9. pag. 118. & iterum in Flocul. verb. tit. Confraternitas, num. 19. ubi verb. Parochus, num. 11. ait, quod non potest Parochus prohibere ius Parochianis, ne tali Sacerdoti ab Ordinario approbato constentur, nisi aliud habeat consuetudo, vel approbatio sit data eum conditione consensus proprii Parochi; ex Bonac.*

Bonac. de Sacram. disput. 5. quest. 5. sect. 2. punct. 5. n. 35.

1612. 24. Febr. — A Præposito, & quatuor deputatis Congregationis Clericorum Sacularium de Oratorio ceteri Officiales, & Ministri triennium duraturi eligentur, excepto Confessario, ad quem eligendum plures ex electis tribus convenire debent in ipsa Congregatione proximè post Præpositum, & Deputatos electos: horum enim nullus ei muneri præficiendus est: Confessarius autem dicte Congregationis permittitur sit festis diebus, etiam absoluta Mentis lectione, ad prandium venire. *Paulus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. in Appendic. Constit. 4. que incipit Christifidelium cap. 5. & 10.*

1612. 10. Jul. — Mulieres, quæ prætextu licentiarum, Monasteria Monialium ingredi audebunt, Excommunicationis late sententiæ poenam, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolvi possunt, incurunt: qua etiam poenâ innodantur Monasteriorum Abbatissæ, seu Priorissæ, ac Superiores dicte Mulieres introducere, seu admittere, vel admittas quoquo modo retinere præsentem. *Paulus V. apud eund. d. tom. 3. Constit. 74. que incipit Monialium statui, s. 2. & 3. & refert etiam Margarit. in Bullar. Casinens. tom. 1. Constit. 273.*

1613. 20. Febr. — Excommunicati ob carcerationem Clerici, non debent absolvi usque ad integram satisfactiorem expensarum, si sunt liquide, licet haberent Bullam Sacræ Pœnitentiariæ: si verò non sunt liquide, debent absolvi cum idonea cautione alicujus Personæ Ecclesiasticæ in forma depositi. *Congregat. Episcoporum in Thalesina, apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excom. in. 44. pag. mibi 176.*

1613. 30. Mar. — Monachi S. Bernardi Congregationis Cisterciensium Italie, qui favores extraneam Congregationem requireat, Excommunicati. *M. 3. n. 1613.*

- tionis late sententia pœnam ipso facto incur-
runt. *Paulus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom.*
3. Constit. 79. qua incipit Alias, §. 3.
1613. 30. Apr. — Qui fuerunt interdicti declarati ex
eo, quod tempore Paschæ non communica-
verunt in Parochia, si postea ibi communicent,
absolvendi sunt, & cedulones amovendi. *Congreg.*
Episcoporum in Trojana, apud Nicol. in Floscul. verb. Pas-
cha, n. 2.
1613. 8. Nov. — Sacerdos ad Sacerdotium promotus
ante tempus debitum, ex dispositione Bullæ Pii II.
suspensionem incurrit ipso iure, & celebrans ef-
ficatur irregularis, & à solo Papa absolvendus,
Sylvestri. in *Sum. verb. Irregularitas, §. 10. quari-*
tus, Covar. in Clem. si furiosus, 1. par. reled. §. 1.
num. 4. de homic. Navar. in Man. cap. 25. num. 70. &
in cap. accepta, oppos. 8. num. 34. de reitut. spoliar. Sal-
ced. in prax. crim. Canon. cap. 26. n. 10. Lopez in l.
28. tit. 6. p. 1. in verb. ex beneficio, apud Rotam in Mord.
Pertionis de Bonavarrecoram Manzanedo, dec. recent.
par. 2. decis. 481. n. 8.
1613. 20. Nov. — Absolutionem petens ab excom-
municatione, non fatetur se communicatum, quia
Absolutio peti potest ad cautelam, Card. in *cap.*
perpendimus, sub num. 29. vers. quæro, an ad proban-
dum, de sent. excomm. apud Rotam in Flacostina de
beneficii coram Ubaldo, decis. recent. par. 1. decis. 534.
num. 9.
1613. 19. Dec. — Quando Græci accedunt ad con-
fessionem peccata apud Missionarium, non tenetur
Missionarius ab eis exigere Confessionem genera-
lem, quia forma Absolutionis Græcorum permis-
sa est à Generali Concilio Florentino (de quo su-
pra 1595. 31. Aug.) & tolerantur Græci si absol-
vant formâ consuetâ ab Ecclesia Orientali. *Congreg.*
8. Offic. apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon.
Jac. Pignat. par. 2. tit. de Missionariis, pag. mibi 65.
1614. 14. Jan. — In Scholis Piis in Alma Urbe
erectis, & in aliis in dicta Urbe pro tempore
erigen-

- erigendis, Filii Nobilium, quorum Familie ad
inopiam redactæ fuerint, cum fide eorum Confes-
sario rum admittantur. *Paulus V. apud Cherubin. in*
Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 81. qua incipit Inter, §. 4.
1614. 14. Mar. — Saltare, vel choreas ducere in
Quadragesima, non debet esse Casus reservatus,
Congregat. Episcoporum in Casalena, nec in Secularibus
etiam Sacerdotibus lapsus carnis cum soluta, qui
non fit contra naturam, *ead. Congregat. in Perusina*
1618. 13. Mar. nec debita non solveat, etiam Ec-
clesiis, *ead. Congregat. in Crotonen. 1620. 12. Mar.*
nec violatio Festorum, *ead. Congregat. in Neapolita-*
na 1625. 2. Dec. apud Nicol. in Floscul. verb. Casus re-
servati, n. 3.
1614. 12. Maji. — Absolutio ab Excommunica-
tione ad cautelam non potest concedi absque spe-
ciali commissione. *Rota in Alerion. Beneficii coram*
Buratto, decis. recent. par. 2. decis. 546. n. 4. ex decis.
810. aliis 3. de sent. excomm. in antiq.
1614. 27. Sept. — Obligatio amovibilis audiendi
Confessiones non est incompatibilis cum Parochia-
li. *Congregat. Concil. apud Nicol. in Lucubrationib.*
tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 4. n. 37. pag. mibi 88.
1614. 19. Dec. — Excommunicatus per Censuras in
Curia latus non absolvitur, nisi parito iudicio.
Rota in Alerion. Beneficii coram Buratto, decis. recent.
par. 2. decis. 621. n. 3. & iterum par. 3. decis. 629.
1615. 16. Jan. — Non est imponenda Excommuni-
catio ob Fessorum violationem, *Congregat. Episcoporum,*
neque contra non audientes quotidie Concione-
m in Quadragesima, *ead. Congregat. 1585. 16. Mar. neque*
contra polluentes Ecclesias, *ead. Congregat. 1619.*
10. Maji, neque facile contra alloquentes Monia-
les, ead. Congregat. 1616. 15. Jan. & 1617. 1. Sept.
apud Gavant. in Manuali Episcoporum verb. Excommuni-
catio, n. 33. & seqq.
1615. 10. Apr. — Confessarius victus dietam à Mo-
nialibus nullatenus administratur, sed quædam pec-
cuniarum iunna quotannis victus loco eis perfolvatur.

Congregat. Episcop. & Regular. in Parmen. apud Barbof. in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessarius Monialium, num. 12. & refert etiam Gavant. in Manuali, verb. Monialium cura spiritualis, num. 28.

1615. 10. Apr. — Habentes curam Animarum non sunt eligendi ad ordinariam Monialium Confessionem. *Congregat. Episcop. & Regular. apud eod. ibid. & iterum Barbofa in Concil. sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 10. num. 16. ex Aldan. in Compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 25. num. 11. & refert etiam Donat. in Frax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 13. quæst. 21. ¶ Hoc antea decreverat præfata Congregatio anno 1592. 17. Martii, in responsione ad Venetiarum Patriarcham, mandans, ut Plebani Monialium Confessarii redirent ad curam. Cum verò supplicarent Plebani prædicti, ut Sacra Congregatio dignaretur licentiam concedere audiendi hujusmodi Confessiones, ut antea fecerunt sine præjudicio Animarum, & Ecclesiarum, Congregatio anno 1593. 22. Februarii totum remisit arbitrio Patriarchæ. His igitur acceptis litteris, decretum fuit in Synodo Prioli prima, quod in posterum Plebani non exerceant munus Confessariorum Monialium, nisi Monasterium sit Parochiæ contiguum, vel parvus numerus Monialium, & Parochianorum, & hoc arbitrio Patriarchæ, ut refert Asecanius Tamberlin. de Jur. Abbatissar. dispur. 16. quæstio 2. num. 5. ¶ Vide tamen infra, 1652. 2. Aug.*
1615. 22. Maji. — Qui commisit delictum, propter quod Episcopus in Synodo, vel aliâ Excommunicationem sibi reservatam imposuit, potest ab eodem Episcopo absolvi, etiam si absolutionem Sedi Apostolicæ reservasset, si non fuit à Papa specialiter confirmata. *Congregat. Episcop. in Lancianen. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excommunic. num. 180. pag. mibi 212.*
1615. 22. Maji. — Non possunt deputari Confessarii à Laicis vigore Jurispatronatus. *Congregat. Episcop. in Florentina, apud Gavant. in Manuali, verb. Con-*

Confessarius, nu. 3. & refert etiam Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 2. num. 14. pag. mibi 41.

1615. 3. Jul. — Ad Parochum Regularem, qui exercet curam Animarum in Ecclesiis Regularium, & non ad Regulares pertinet Dominicus, & Festivus diebus Confessiones audire, & Excommunicationes publica: publicatio enim excommunicationum est de Juribus Parochialibus. *Congregat. Episcop. in Firmana, apud Nicol. in Floscul. verb. Parochus, num. 8. & quoad secundam partem idem refert Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 9. form. 18. num. 4. circa finem.*
1615. 31. Jul. — Confessarii si non fuerint examinati, quando approbati extiterunt, possunt ab Episcopo suspendi, & examinari. *Congregat. Episcop. in Vereellen. apud Barbof. in Concil. sess. 23. cap. 15. num. 40. ex Sell. cap. 14. num. 17. & iterum in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessarius, num. 18. nec non Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 17. num. 2.*
1615. 6. Oct. — Non possunt Episcopi sibi reservare eorum absolutionem, qui nocte per Civitatem inhonestè canentes deambulant. *Congregat. Episcop. apud Gavant. in Manuali, v. b. Caius reservati, numer. 13.*
1615. 12. Nov. — Non possunt Regulares in Canone nominare Superiores suos ut Antistes. *Congrat. Rit. apud eund. in Thesaur. Sacror. Rit. tom. 1. par. 2. tit. 8. lit. n. in fine, ubi quod nominantes suum Generalem pro Episcopo loci, peccant mortaliter, ex Diana tract. 14. de celebr. Miss. resolut. 40. & quoad peccatum mortale idem habet Pasucci. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit. de Missæ Sacrificio, pag. mibi 45. ex Congregat. Concil. in una Hispaniarum in responsione ad Nuncium Apostolicum.*
1615. 20. Nov. — Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, ad quos jus approbandi Confessarios spectat, Confessarios Regulares aliis ab ip-

- ab ipsis liberè approbatus, ab audiendis Confessionibus suspendere posthac minime liceat, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum Interdictum ab ipsis Ordinariis positum: sicuti etiam iidem Archiepiscopi, & alii, ut supra, Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis nullo pacto admirere possunt, inconsulta Sacra Congregat. Episcoporum. & Regular. apud Margarin in Bullar. Casuens. tom. 2. Constit. 478. quæ incipit Cùm Sacra, & refert etiam Peyrin. de Privileg. Regular. circa Constit. 2. Sixti IV. ubi. 45. pag. mibi 22. nec non Donat. in Prax. Rev. Regular. tom. 3. tract. 4. quæst. 15. num. 4.
1616. 22. Jan. — Possunt Regulares audire Confessiones Egroorum in eorum Domibus sine licentia Parochi, quem tamen monere debent de Confessione audita. Congregat. Episcoporum. apud Gavant. in Manuali, verb. Regularium Jura sub Episcopis, in addit. num. 3.
1616. 5. Febr. — Clericis ludentibus, vel inspectoribus non est imponenda poena Excommunicationis, & multo minus Suspensionis à Divinis contra Confessarios, qui absolvent transgressores. Congregat. Episcoporum. apud Nicol. in Lucubratis. tom. 1. lib. 3. tit. 21. num. 25. pag. mibi 188.
1616. 10. Jun. — Monialium Confessarius in defendendo Sanctissimo Eucharistie Sacramento in Monasterium, recipiendus est ad Portam à sex Monialibus senioribus lumina accensa tenentibus, & per rectam viam ad Cellam Infirmæ Processionaliter comitantibus, & sic in regressu erit ad januam relinquendus. Congregat. Episcoporum. in Neapolitana, apud eund. in Flescul. verb. Claustrum, num. 33.
1616. 10. Jun. — Cùm Confessarius ingreditur Claustrum, Moniales omnes cedere debent, nec sinere se conspici, præter Superiores, & Comitarias. Congregat. Episcoporum. in d. Neapolitana, apud Palcucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2.

- par. 2. tit. de Monialibus, pag. mibi 96.
1616. 27. Aug. — Monachi, Superiores, & Prælati, etiam Abbas Generalis Congregationis Cassinorum Ordinis S. Benedicti, aliquem ad instantiam Personarum extra dictam Congregationem existentium promoventes, Excommunicationis late sententia poenam incurunt. Paulus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 3. in Appendice, Constit. 10. quæ incipit Quoniam, §. 2.
1616. 19. Nov. — Si Peregrini habentes Casus non reservatos ab eorum Episcopo, confitentur in itinere simplici Confessario subdito Episcopo Casus illos reservantis, non possunt absolvi, & irrita est hujusmodi absolutio sine licentia Ordinarii. Congregat. Episcoporum. apud Cabrin. de Casib. reserv. par. 1. resolut. 22. Secus verò, si habuerint reservatos ab eorum Episcopo, confitentes simplici Confessario subdito Episcopo non reservantis, ut patet ex inferius dicendis 1670. 21. Jun. ¶ Vide etiam 1618. 22. Jun.
1616. 20. Dec. — Sacerdotes Regulares non possunt audire Confessiones Sacramentales Mulierum Tertii Ordinis, quæ de Poenitentia dicuntur, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad audiendas Sacularium Confessiones. Congregat. Episcoporum. & Regular. apud Barbol. in Concil. sess. 23. cap. 15. num. 13. & iterum in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessio Sacramentalis, num. 17. & refert etiam Peyrin. de Privileg. Regular. circa Constit. 4. Sixti IV. §. 7. num. 39. pag. mibi 34. Alesandri Tamburin. de Jur. Abbasissar. disp. 7. quæstio 3. num. 4. & Matchæec. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 8. num. 19. & iterum tom. 2. cap. 23. num. 4. nec non Riccius in Synopsi Decretor. verb. Tertiariæ.
1617. 7. Jan. — Decretum supra positum, & editum 1601. 9. Januarii, episcopus declaratio, de qua itidem supra 1602. 26. Novembris, nec non Censuræ, & poenæ, in eisque contenta omnia confirmantur, & innovantur, ab omnibusque Sacerdotibus, tam Sacularibus, quàm Regularibus quodum-

rumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, Congregationum, aut cuiusvis alterius Institutum etiam necessario exprimiendi, quovis nomine nuncupetur, inviolabiliter observentur: Ac insuper præcipitur, ut nulli ex Sacerdotibus prædictis, quibuscunque Privilegiis, indultis, ac facultatibus suffulti, ab Excommunicationibus, vel à Casibus locorum Ordinariis, vel Sedi Apostolicæ reservatis, tam ad forum contentiosum, eorundem Ordinatum deductis, quam non deductis, præterquam in mortis articulo, abolvere audeant, vel præsumant, sub iisdem censuris, & poenis eo ipso abique aliâ declaratione incurrendis, non obstantibus omnibus, quæ Clemens VIII. in Decreto, & declaratione præfatis voluit non obstat. *Congreg. Episcoporum. & Regular. de mandato Pauli V. apud Barbol. de possess. Episc. par. 3. allegat. 58. num. 287. & referunt etiam Peyrin. de Privileg. Regular. circa Constit. 1. Julii III. §. 3. num. 638. & Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excommunic. num. 139. pag. mibi 197. ac etiam Murga disquis. moral. tom. 2. disquis. 1. nu. 190. pag. mibi 160. nec non Donat. in Prax. Ker. Regular. tom. 2. par. 1. tract. 11. quest. 19. num. 3.*

1617. 21. Febr. — Confessarius Regularis Monialium, & ejusque Socius (Confessionis, ac Sacramentorum administrationis casibus exceptis) eisdem Moniales alloqui non possunt abique licentia Sacræ *Congregat. Episcoporum. & Regular. in Nolana, apud Barbol. in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessarius Monialium, num. 13. & referunt etiam Monacel. in Formular. leg. præf. par. 1. tit. 9. form. 5. num. 2. ac Aican. Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 24. questio 3. nu. 5. ubi quod hæc specialis prohibitio non afficit Confessarios Sæculares, juxta communem Juris Regulam, Odiã restringi oportet.*

1617. 21. Febr. — Confessarius, etiam ex antiqua consuetudine, abique Socio Monasteria, vel septa Monialium, & protantium Confessionum audienda-
rum

rum gratiã ingredi non potest, sed debet ei assignari Socius, qui ipsi assistat, sitque ætatis ultra quinquaginta annorum. *Congregat. Episcoporum. & Regular. in d. Nolana, apud Barbol. in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessarius Monialium, num. 14. ex Lezana in Sum. 99. Regul. tom. 3. verb. Clausura, numer. 27.*

1617. 7. Mar. — Confessionalia Monialium è Sacristiis, & locis occultis amoveantur, ac in interioribus Ecclesiis collocentur. *Congregat. Episcoporum. apud Aican. Tamburin. de Jur. Abbatissar. disput. 16. questio 9. nu. 2. & refert etiam Paucucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jmc. Pignarel. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mibi 96.*

1617. 9. Jun. — Regulares in Dominica Resurrectionis Eucharistiam Sæcularibus administrantes, incurrit in Excommunicationem Pape reservatam in Clem. 1. de Privileg. prout declaravit *Congregat. Concil. in Aretina, & antea in ead. 1616. 1. Jul. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. num. 2. pag. mibi 161.*

1617. 2. Jul. — Generalis potest suos Subditos, à se, vel ejus prædecessoribus, vel aliis quibuscunque Superioribus ad Confessiones audiendas approbatas, eisdem ab eisdem Confessionibus audiendis suspendere, etiam ex causa occulta, & extrajudicialiter. *Congregat. Episcoporum. & Regular. in una Theatinorum, apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. num. 9. in fine, pag. mibi 162. & refert etiam Barboia in Concil. sess. 23. de reform. cap. 15. num. 45.*

1617. 7. Jul. — In vim Decreti superius positi, & editi anno 1593. 16. Maji, possunt Regularium Superiores aliquibus peccatis in prædicto Decreto non contentis Excommunicationem adnectere, & ejusque absolutionem sibi reservare abique Capituli Generalis, vel Provincialis consensu. *Congregat. Episcoporum. & Regular. apud Peyrin. de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. num. 5. pag. mibi 373. & refert etiam Lan-*

Lanica in *Theatr. Regular. verb. Absolutio*, *num. 17.* nec non *Potest. in Exam. Confessar. tom. 1. par. 4. cap. 5. num. 3602. pag. mibi 390.*

1617. 1. Sept. — Vicarius Fratrum, & ideo Conventualis, alloquens Moniales sine licentia, præter alias pœnas, incidit in peccatum mortale, dummodo Prioris officium non obeat. *Congregat. Episcoporum & Regular. in Hispana apud Barbolin Concil. sess. 25. de Regular. cap. 5. num. 105. & referunt etiam Aicm. Tamburin. de Str. Abbatissar. disp. 25. quasiro 4. num. 7. ac Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. num. 30.*
1617. 12. Sept. — Potest ministrari Eucharistia Reus S. Officii, qui facta suorum criminum confessione, nõndum tamen publicatâ sententiâ, in mortis periculum constituantur, si illam petant per modum Viatici, & signa pœnitentiæ ostendant. *Congregat. Inquisit. apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatol. par. 1. tit. de Eucharistia, pag. mibi 286.*
1617. 15. Sept. — Approbatur Constitutio Ordinarium, quod Fratres non possint audire Secularium Confessiones in propriis Cellis. *Congregat. Episcoporum & Regular. in una Observantium, apud Nicol. in Floscul. verb. Confessarius, num. 24.*
1617. 10. Dec. — Arbitrium in imponendis pœnis debet esse regulatum à jure, & moderatum, & nunquam debet extendi ad Excommunicationem, nisi in gravissimis causis, ut respondit *Congregat. Episcoporum. in Caven. apud Monacel. in Formular. leg. præf. par. 1. tit. 5. form. 9. num. 25.*
1618. 19. Jan. — Non est imponenda pœna Excommunicationis contra eos, qui ambitione contendunt ut præsententur ad Beneficia vacatura. *Congr. Episcoporum. in Melphiten. apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatol. par. 1. tit. de Jurepatronatus, pag. mibi 593. & antea referebat Gavant. in Manuali. verb. Excommunicatio, num. 38.*
1618. 30. Mar. — Ab Excommunicatione Canonis Si quis

quis suadente diabolo 17. *quasi. 4.* quamvis absolvere non possit Vicarius, si tamen abolverit, & absolutus Sacerdos celebraverit, non dicitur celebrasse in contemptum Clavium, & propterea propter bonam fidem non efficitur irregularis: contempnus enim tunc solùm intervenisse dicitur, quando voluntas alicujus renuit legi, & ex ea causa procedit ad faciendum contra legem, ita quod transgressionis causa contempnus fit, ut post alios late explicat *Covar. in cap. ultra mater, in 1. par. 5. n. 6. apud Rotam in Pampilonen. Parachialis coram Remboldo, decis. rec. par. 4. tom. 1. decis. 438. num. 4.*

1618. 3. Apr. — Capellanus Regius Major Neapolis concedere non audeat licentiam audiendi Confessiones sine licentia Ordinarii loci, alioquin Confessiones erunt nullæ, & ipsi non concedetur amplius semestris prorogatio suarum facultatum. *Congregat. Episcoporum. apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatol. par. 1. tit. de Immunitate Ecclesiastica, pag. mibi 362.*
1618. 4. Maji. — Monialium Confessarius Regularis extra præciam officii sui necessitatem non potest Moniales alloqui, aliter pœnas incurrit, & committit peccatum mortale. *Congregat. Episcoporum. apud Nicol. in Floscul. verb. Accessus ad Monasteria Monialium; numer. 2. ¶* Notandum, quod Confessarius Monialium, vel alicujus parvi loci, vel qui paucos Confitentes habet, sigillum frangit, si concionetur, vel acculet in Exercitiis spiritualibus peccata, quæ audivit in Confessione, nam facile continget, confessos rubore suffuncti, ut habet dictus Nicol. in *Lacubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de peccat. & remiss. no. 70. pag. mibi 168.*
1618. 4. Maji. — Absolutus ab Excommunicatione vigore Cruciate non juratur, nisi post justam satisfactionem, & in foro Conscientie tantùm, Navar. *cons. 51. de sent. excomm.* Absolutio autem ab Excommunicatione quoad forum Conscientie tantùm operatur, ut absolutus Divina Sacramenta percipi-

- percipere possit, prout declarat dictus Navar. *ibid.* num. 2. *apud Rotam in Pampilonen. Parochialis coram*
 Ubaldo, *decis. rec. par. 4. tom. 1. decis. 619. num. 2.*
 1618. 25. Maji. — Curati Regulares debent refe- 638
 sionem dare aliis Curatis, quando Confessio-
 Casium Conscientiæ fit in eorum Cura, sicuti fa-
 ciunt in suis Curis Curati Sæculares. *Congregat. E-*
piscopor. in una Olivetanorum, apud Nicol. in Flos.
verb. Casus Conscientiæ, num. 2. ubi quod cogi pos-
sunt ab Episcopo, prout censuit ead. Congregat. in
Patavina 1604. 3. Febr.
 1618. 22. Jun. — Confessarius Regularis, cesan- 639
 te fraude, potest absolvere à quibuscunque pecca-
 tis in Diocesi, in qua est approbatus, non refer-
 vatis, quamvis forte reservati essent ab Episcopo
 poenitentis. *Congregat. Episcopor. & Regular. in Assi-*
sen. apud eund. ibid. verb. Casus reservati, num. 13.
 ¶ Vide etiam infra, 1670. 21. Jun.
 1618. 7. Jul. — Pœnitentiarius quoad Confessio- 640
 nes audiendas nullam habet vacationem pro diebus
 & horis. *Congregat. Episcopor. in Rossempronien. apud*
eund. ibid. verb. Pœnitentia, num. 1. vers. Quod au-
tem. ¶ Ideo semper paratus existere debet ad audien-
das Confessiones, minimeque potest Pœnitentes
reculare, & si reculaverit, ab Episcopo puniti,
& privati potest, ut tenent DD. apud Barbof. in
Concil. sess. 24. cap. 8. num. 23. & refert etiam Cor-
rad. in Prax. dispens. Apostolic. lib. 5. cap. 6. num. 19.
ex Garz. de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 117. & segg.
 1618. 27. Jul. — Absolutio à Censuris debet conce- 641
 cedi omnino gratis, etiam in foro exteriori, exce-
 pto eo, quod debetur Notario pro mercede, &
 Judici pro Decreto. *Congregat. Episcopor. in Neo-*
castris, apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. Canon. lib. 5.
tit. 39. de sent. excomm. num. 47. pag. mihi 176. & re-
fert etiam Palcucc. in Consultat. Canon.
Jacob. Pignat. part. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis,
pag. mihi 147.
 1618. 9. Nov. — Metropolitanus non potest absol- 642
 vere

- vere excommunicatos Suffraganei occasione viola-
 tæ libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ, neque
 Appellationes admittere, nisi Ecclesia, seu liber-
 tas Ecclesiastica in ejus honore integraliter prius sit
 restituta. *Congregat. Episcopor. ad favorem Episcopi*
Suffraganei Tropeæ contra Archiepiscopum Rhoenensem,
apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 1.
form. 2. num. 20.
 1619. 25. Jan. — Canonici ab Episcopo deputati 693
 ad Confessiones audiendas in Ecclesia Collegiata
 non Curata, siquæ de causa abluunt à Choro, non
 lucrantur Distributiones. *Congregat. Rit. apud Ga-*
vant. in Manuali Episcopor. verb. Canonico- rum Di-
tributiones, num. 56.
 1619. 12. Mar. — Facultas audiendarum Confes- 644
 sionum Regularibus ad beneplacitum per Ordina-
 rios concessa, potest quodcumque revocari. *Cong-*
regat. Episcopor. & Regular. apud Barbof. in Concil. sess.
23. cap. 15. num. 41. & refert etiam Monacel. in For-
mular. leg. pract. par. 1. tit. 9. form. 1. num. 2.
 1619. 12. Mar. — Licet Excommunicatus propter 645
 aliorum offensam, non debeat absolvi neque in foro
 exteriori, neque Conscientiæ, nisi prius satis-
 facta, vel concordata parte: & si fuerit offensa
 libertas, vel immunitas Ecclesiastica, nisi omni-
 bus in pristinum restitutus: si tamen excommunica-
 tus satisfacere paratus est, vel si tunc non possit,
 vult præstare cautionem idoneam per pignora, vel
 fidejussores, vel si hæc non possit, saltem per ju-
 ramentum, debet absolvi, licet pars offensa nolit
 acceptare satisfactionem: imputari namque non
 debet ei, per quem non stat, si non faciat quod per
 eum fuerat faciendum. *Congregat. Episcopor. in Sul-*
women. & antea, spissimè, apud Nicol. in Lucubr.
tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. num. 44.
pag. mihi 176.
 1619. 14. Jun. — Incertorum restitutio non debet 646
 esse Casus reservatus. *Congreg. Episcop. apud Gavant.*
in Manuali, verb. Casus reservati, sub num. 12.
 N 1619.

1619. 19. Jul. — Si adesse Statutum determinans, quod non solventes Decimas, excommunicari sint, vel quod excommunicentur, non ligaret, nisi solvere volentes, non autem impotentes; & si excommunicatus appellet, Metropolita appellationem non debet admittere in suspensivo, quia Excommunicatio hominis trahit secum executionem. *Congregat. Episcoporum, in Umbriaticen, apud Monacel, in Formular. leg. pract. par. 3, tit. 1. form. 18. nu. 13. pag. mibi 87.*
1619. 19. Jul. — Excommunicatus, si in mortis articulo dixit confessione, *Madonna Santissima*, ajuta me. Ecclesiastica Sepultura tradi debet. *Congregat. Episcoporum, in Nolana, apud Barbol, in Concil. sels. 25. de reform. cap. 3, num. 11. & iterum in Sum. Apostolic. Decis. verb. Excommunicare, num. 5.*
1619. 20. Jul. — Confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire non possunt Jesuitæ, nisi ab Episcopo per examen, si illi videbitur necessarium, aut alias idonei judicentur, & approbationem obtin. ant. *Congregat. Concil. apud eund. in d. Sum. Apostolic. Decis. verb. Confessio Sacramentalis, num. 8. & iterum in Concil. sels. 23. cap. 15. num. 5.*
1619. 6. Sept. — Corrector Generalis, ac Provinciales, & reliqui Ordinis Fratrum S. Francisci de Paula Minimoium Prælati, Dignitates suis Subditis ad instantiam Personarum extra dictum Ordinem existentium conferentes, Subditi verò his mediis favores procurantes. Excommunicationis poenam ipso facto incurrunt. *Paulus V. apud Peyrin, de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 5. ejusd. Pontifici, qua incipit Admonemur. §. 1.*
1620. 21. Ian. — Mulierum Confessiones post crepusculum vespertinum, & ante auroram non sunt audiendæ sine necessitate. *Congreg. Episcoporum, in Patavina, apud Nicol. in Elscul. verb. Confessarius, num. 22.*
1620. 21. Febr. — Episcopus vigore Inhibiti prohiberi non debet, ne quis Confessarius audiat Confessio-

- 647
648
653
654
655
656
1620. 21. Febr. — Bulla Jubilæi, ubi fit mentio de Sacerdotibus ab Ordinario approbatis, intelligenda est de Ordinario ipsorum Sacerdotum, non autem de Ordinario Pœnitentium. *Congregat. Concil. apud eund. ibidem.*
1620. 21. Febr. — Si Canonici, dum in Choro recitatur Officium, discedant ad audiendas Confessiones devotionis causâ, non lucrantur Distributiones. *Congregat. Concil. in Nicien. apud eund. ibid. verb. Distributiones, num. 14.*
1620. 9. Maji. — Qui accepit Ordinem sacrum ante legitimam ætatem, adveniente ætate, celebrare potest absque alia absolutione, vel dispensatione quia suspensio à bona fide sic ordinato non incurritur, & Irregularitas ex defectu ætatis, eâ adveniente, tollitur ipso jure. *Congreg. Concil. in Messanen. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sels. excomm. num. 217. pag. mibi 225.*
1620. 7. Jun. — Possunt Episcopi, deficientibus Sacerdotibus Sæcularibus, deputare Regulares in Confessariis Monialium, dummodo sint idonei, & constituti in ætate quadragintaquinque annorum, & dummodo in tali munere non excedant triennium. *Congreg. Episcoporum, in responsione ad Venetianum Patriarcham, apud Mathæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 15. numer. 12. & antea referebat Alcan. Tamburin. de Jur. Abbatissar. disp. 16. qu. 33. num. 4.*
1620. 22. Jun. — Excommunicato, qui obtinuit absolutionem, non denegatur Audientia; & excommunicatus ob non solutionem Pensionis, non absolvitur, nisi prævia satisfactione; ex *Decis. 263. lib. 3. divers. & hæc conclusio procedit, quando Censuræ essent latæ in Curia, ut explicat Tolomeus*